



OTto Heinrichus ex nobili familia in Austria natus, atq; omni genere uirtutum educatus est. Is cum adoleuisset, armorum exercitia elegit, atque Cæsaris castra secutus, magnam rei militaris scientiam sibi comparauit. Hinc factum ut Ferdinandus Cæsar eum plurimum dilexerit, atq; sepius ordines ducere contra hostes iusserit. In his locis Otto Heinrichus strenui uiri officio functus nihil in termisit, quod boni ducis interesse uideretur. Itaque cum Hali Bassa Turcarum dux anno millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto in Ungaria bellum renouasset, Ferdinandus hunc Ottonem Heinrichum cum Nicolao Bolluuilero imma-

ni hosti opposuit, atq; circa Babozam arcem Turcas superauit, & procul ea regione expulit. In eo loco magna Ottonis Heinrichi fortitudo apparuit. id cum Ferdinandus intellexisset, eum multis muneribus decorauit, & auratum equitem creauit. Sic contigit ut is ob rem prosperè gestam Cæsari gratissimus extiterit, atq; apud reliquos Ungaros & Germanos sibi magnam gratiã conciliarit. Anon.